TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0104**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

Mss.
Joppi
104

ss.
pi
4

MSS
104
BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

BIBLIO[illegible]
CIVICA
di
[illegible]DINE

Statuto di Spilimbergo

[illegible] à 6 lettere

[illegible]

104 - *Statuto di Spilimbergo.* — Incipit: « MCCCCXLV
Praesentata in Cancelleria Utini... etc. — Explic
quod si aliqua persona tam civis quam forensis f
re, sive mercantia... » Il codice non è completo p
« Hic sequitur Capitulum quod propter vetustaten
« ideo per me omittitur ». Al fol. 34 avvi la not
scriptus liber paginarum 33 fuit descriptus per
not.^m ordinarium Cancellariae Utini ex libro Stat
bergi.... etc. producto per Dom.^m Joannem Baptista
Nob. Dom.^rum Consortum Spilimbergi et nomine
sortum sub die 22 septembris 1555 ». Seguono a
questioni di contenzioso civile, coi tabellionati dei
Giovanni Figolino, Gio. Batta Carbo e Daniele O

A carte 41 c'è la copia d'un atto del 6 Marzo
quattro *Frisecherios* (denari frisachensi) al Com
parte di Bernardo Pregonea e Bartolomeo.

« Negli Atti del notajo di Spilimbergo *Daniele*
« — vi sono agli anni 1431-32 molte prescrizion
« V. Joppi] ».

Un vol. in-8° picc. (mm. 150×210) membranaceo di fol. 44, rile
piatto superiore manca quasi del tutto. Sul risguardo è incollato il
appartenente a codice latino del sec. XIV. Scritture di varie mani

stramento
alle varie

Un vol. in-4°
manoscritto an

100 - *Raccolta di*
fanciullesche
diverse, Poe
ed una ingl
« Ringrazian
cui restai a
tato nell' In
Gianfrances
di semplice
un « Saggio
Alessandro
Tron di Vin
di A. Pope
Messia » a p
filosofo di
Lettere in v
Niccolò Tro

Un vol. in-4°

Negli Atti del notajo di Spilimbergo *Daniele* nell'Arch. Not.le di Udine vi sono agli anni 1431—32 molte promissioni *Statutarie*.

104 - S
p
q
r
«
«
s
n
b
M
s
c
C

c
p

«

[illegible]

~ MCCCCXLV die XVI Nouembris. ~

PRÆSENTATA in Cancellaria Vtini nulli danda extra officium cancellariæ ipsius secundum ordinem, et mandatum Mag.[cu] Domini Matthei Victuri dignissimi Patriæ Forijulij locumtenentis.

Die XXij septembris MDLV.

PRÆSENTATO officio cancellariæ m.[to] Cla[mi] Dni Dominici Bollani equitis dignissimi Patriæ Forijulij Locumtenentis ut in actu in libro extraordinariorum dici hodierni. cuius tenor talis est.

Die 22. septembris 1555.

Comparuit coram Clar.[mo] Domino locumtenente in ascensu scallarum castri Vtini egr. Dominus Joañes Baptista carbo cancellarius sp Dnorum Consortum spilimbergi et nomine ipsorum Dnorum Consortum in executionem mandati orectenus ab eius mag.[a] eis iniuncti præsentauit statutum dictæ terræ spilimbergi una cum exemplo proclamationum quæ annuatim publicantur in t... locis solitis dictæ terræ spilimbergi ex parte dicto... ...norum consortium et qua habentur, et obs...

Assignam Statuta et ordinationes in ipsa terra
Qui Clar.mus Dominus Locumtenens mandauit dictum Sta-
tutum et proclamationes consignari sp.li domino Cancellario
qui ad omnem requisitionem Popu.arium sive sium deputa-
torum dicti loci debeat illis exhibere exempium dictorum
Statuti et Proclamationum.

Capitula

De homicidijs — i
De uulneratis — 2
De uulneratis cum armis uetatis — 3
De cruentatis absque armis uetatis — 4
De euaginare gladium aut cultellum — 5
Si quis occurrerit super alium irato animo cum armis uetatis — 6
Qui uocauerit aliquem traditorem latronem aut speriurium — 7.
Si quis uocauerit aliquem cucurbitam, curnutum, uel filium meretricis, aut aliquam meretricem — 8
Si quis dimentiuerit aliquem, uel aliquam — 9.
Si quis conqueritur de uiolentia — io
Si quis uocauerit uel præcipi faciet aliquod coram Domin. — 11.
De furtis — i2
Si quis fregerit hortum — i3
Si quis roncum clausum fregerit — i4
De damnis factis in ronco clauso — i5
Si quis uendiderit uinum ad bucciam absq; licentia — i.
De mensuris, quartis &c. — i5

Si quis uendiderit Vinum absq licentia . 17
De pane falso — — 16
De lusoribus — — — 19.
De beccarijs, uel casularijs — 20
De mensuris, et stateris falsis - - — 21
Si quis uerberauerit aliquem — 22
Si quis acceperit arma in pignore, quæ sint po
sita &c - — — — 23
Si quis acceperit pignus alicuius manipathi 24
Si quis fregerit de munitione terræ — - - 25.
Si quis exiuerit de Terra latenter — 26
Si quis fraudauerit Vaytam — — 27.
Si quis blasphemauerit Deum, et sanctum &c 28
De reuelatione pignoris preconi — . — 29
Vt omnes homines currere debent ad rumorem
ignis — — — 30
Si quis opprobrium uel iniuriam fecerit officialibus
dominorum tenendo rationem — — — 31
Potestas, et Iurati teneantur exigere omnia banna 32
De uenditione pignorum alicuius sui debitoris — 33
Item de Vaita et Schiriuaita — . - 34
Si quis acceperit haerium — — - - . 35
De inquisitione mesclæ — — 36

De perditione digitum, uel alior, minor, membror, - 37
De perditione integri membri - - - - 38
Postquam sententia data fuerit - 39
De rixa quando fuerit, uel questio - 40.
Si quis uadit de nocte cum lumine. — . 41
De uiolentia mulierum - — — 42
De uiolentia intrandi domum alicuius — 43
De uoluntate Domini - — 44
De damno prati — - — - 45
De Datio fraudato — - — 46
De laboratoribus, qui promiserint alicui laborare 47
De debentibus ponere bonum inter rixantes. 48
De non debentibus facere fimum prope cisterna 49
De Periurijs - - - — 50
De interfectione canis - - - — 51
De non faciendo fimum per stratas comunes 52
De accipiendo pignora, q confitetur coram preco
nibus et de non uendendo pignora - — . 53.
De non manifestare per Dominum requisitum . 54
De officialibus non stantibus plus de uno anno in
officio post alium. - — 55
De Potestate, et iuratis - — - 56
De Lusoribus - - 57

De rixis . . - 58
De preliatoribus - -- - 59.
De electis in officium - - . 60
De clamantibus in Iudicio sine causa. - 61
De accipientibus ligna in gleria tulmenti . 62.
De conducentibus oleum in Spegnimbergo. . 63
De tenentibus filios ad batismum - - . - 64
De conducentibus sale in spegnimbergo. . 65
De carrentibus, et impedientibus mercatum, et
forum alicuius — — — — 66.
De procedendo per Potestatem sine querela contra
delinquentes capitulo xxxvj. - -

QVONIAM CIVITATVM TER-
rarum, et quorumcunque locor., Domini, et Rectores
affectantes virtutum osculo amplexari, ut meritò scan-
dere possint honoris apicem, eiusque astringi nexibus,
qui præmium est virtutis, et ut innocentibus non infer-
ratur molestia, seu grauamen, ac ne mala remaneant
impunita iuris, et rationis ordine obseruato debent to-
tis visceribus, ac viribus iustitiæ adherere iuxta illud.
Diligitis iustitiam qui iudicatis terram. Idcirco Nos.
Pregonia, et Bartholomeus fratres de Spenimbergo
cum deliberato consilio discretor., virorum habitantiu
in loco præfato, ac etiam cum eius modici intellectus,
et defectuosi scintillura qua fungimur [illegible]
ex debito, esse iustitiæ totis viribus me[illegible] ac
hærendum, et eius laqueis circumdari [illegible] quo
unicuique tribuit, quod est æquum; [illegible]
super virtuosorum, et proborum sequi [illegible]
pessimis displicere. Præmissis omnibus [illegible]
ta nostram facultatem inspectis. Deique nomine, ac
auxilio deuotissime Implorato, sine quo nullum [illegible]
fundatur exordium Statuimus, et ordinamus infra-
scripta statuta, et ordinamenta seriatim, et [illegible]

in omnibus, et per omnia sub pœnis, et bannis in eisdē contentis ab universis, et singulis inviolabiliter observari.

In christi nomine Amen Anno eiusdem nativitatis millesimo tricentesimo vigesimo sexto Ind.^e Nona die decimo intrante Augusto

Sciant, et cognoscant ~~præsentes~~ omnes homines tam abscentes quam præsentes talia Statuta esse in Spegimbergo ut inferius plene continentur. Quæ Statuta aptare ratificare et confirmare placuit Nobilibus viris Dominis Pregonie et Bartholomeo fratribus de Spegimbergo cum consilio habitatorum et suorum de Spegimbergo de capitulo ad capitulum ut inferius per ordinem dictum et scriptum est.

.1. CAPITVLVM DE HOMICIDIS .1.

IMprimis ordinauerunt, et statuerunt, quod si aliqs homo interficeret aliquem hominem in terra sua de Spegimbergo, quod ei amputetur caput. Saluo quod si fecerit se tuente ita quod per bonos homines ibi praesentes existentes ostendere possit rationabiliter sic fecisse se tuente ei non amputetur caput nec condemnetur. et si raperet fugam, quia dominio obedire nollet, soluat xxv. libras paruorum ij medietatem dominis, et medietatem communi et nocetur in banno dominij et terrae perpetualiter eo quod Dominium contempserit

2. Capitulum de Vulneratis.

Item statuerunt, quod si quis vulnerauerit aliquem in Spegnibergo ita quod ea de causa aliquod membrum perdiderit xxv. libras paruulorum soluat medietatem dominis, et aliam medietatem . . .
et passo soluat .C. libras par. et soluere non posset amputetur eidem simile membrum de persona offendentis.

Capitulum de uulneratis cum armis Vetatis.

3. Item statuerunt. quod si aliquis uulnerauerit aliquem cum armis uetatis xxv. libras par. soluat medietatem dominis, et aliam medietatem communi et satisfaciat uulnerato ad arbitrium, et dictum bonorum hominum: /.

Capitulum cruentati absq; armis uetatis.

4. Item statuerunt, quod si quis cruentauerit uel percusserit aliquem absque armis uetatis centum solidos soluat medietatem dominis et medietatem communi et satisfaciat cruentato ad arbitrium bonorum hominum: Et si ille qui cruentatus fuisset, uel percussus ostendere et probare non posset. et iurare uoluerit coram dominio: debet ei fides per Dominum adhiberi et plene dari: et cruenta, uel percussio erit prasens et manifesta, Si fuerit de nocte: Nisi ille qui ipsum cruentauerit contra ostendet hoc sibi fecisse se tuente. Si fuerit in.

loco remoto credatur cruentato sicut de nocte.

.5. Capitulum Vaginare gladium, aut cultellum.

Item statuerunt quod si quis irato animo euaginauerit gladium aut cultellum super alium, tres lib. paruorum soluat medietatem dominis et aliam medietatem Gastaldioni, et satisfaciat illi de iniuria in arbitrio bonorum ~~virorum~~ hominum. Saluo hoc quod si traxerit ad defensionem suam.

.6. Capitulum si quis occurrerit super aliu irato animo cum armis uetatis

Item si quis irato animo cucurrerit super alium cum armis uetatis, aut offensibilibus tres libras dnr par. soluat medietatem dominis, et medietatem Gastaldioni, et illi in arbitrio bonorum hominum satisfaciat de iniuria. S. passo.

Contra Botonezare in Iudicio.

Millesimo quadringentesimo vigesimo primo: Indict.e quartadecima. die undecimo mensis iulij Speghimbergi in ecclesia Sanctæ Ciciliæ ubi convocatum fuit et congregatum Consilium Dominorum, et hominum Terræ Speghimbergi, in quo interfuerunt Sp.les Domini Odoricus, et Nicolaus quon. Domini Thomasij, et Bernabos quon. Domini Antonij et Nicolaus quon. Domini Vbertini, et plusquam duæ partes hominum dicti Consilij

Captum fuit imo quod videtur publice et in Statutis terræ pro Statuto addatur, quod nulla persona omnino existens ante iudicium Speghimbergi audeat botonizare quod est sub velamine loqui cum aliquo cum quo haberet agere, vel litigare vel alium quemcunque sub pœna librarum decem sol. pro quolibet contrafacien. et hoc pro evitando scandala videlicet si botoni poterint esse in aliquam verecundiam contra quem dicti fuerint

Se alguno se inzuniara di parole ingiuriose sia condannato over se botonzasse in iudicio sara condannato L 10 de soldi

Capitulum qui uocauerit aliquem traditorem, latronem, uel speriurium

Item statuerunt quod si quis irato animo uocauerit aliquem hominem traditorem, latronem, aut speriurium xxxx sol. par. soluat, medietatem dominis, et aliam medietatem . . et xx. sol illi, cui iniuria fuerit facta uel dicta

Cap. Si quis uocauerit aliquem Cucurbitam curnutum, uel filium meretricis, aut aliquam meretricem

8. Item statuerunt quod si aliquis irato animo uocauerit aliquem cucurbitam, curnutum uel filiu meretricis, aut his similia, aut aliquam meretrice xxxx. sol. par. soluat medietatem dominis et ressiduum . et xx sol passo de iniuria nisi foret publica meretrix

9. Capitulum Si quis dismentiuerit aliquem, uel aliquam.

Item statuerunt quod si quis irato animo dismentiuerit aliquem, uel aliquam xxxx sol. par. soluat medietatem dominis, et medietatem communi et xx sol. passo de iniuria, et si hoc esset coram Dominis, aut pot. duplici pœna puniantur in pecunia tam dominis, quam passo dum esset in iudicio.

10. Capitulum Si quis conquereret de uiolentia.

Item statuerunt quod si quis conquereretur domino de uiolentia sibi ab aliquo facta, et iam probare non poterit .v. sol. par. soluat. et si probare poterit iniuriam sibi factam ille qui fecerit uiolentiam soluat in duplo passo de uiolentia, et xxxx sol. pro banno. medietatem dominis et dimidietatem communi.

Addendum est quod conquerens iniuste super

aliquo et malitiose etiam soluat expensas ultra
dictos x sol.

Item statuerunt quod si quis homo vel persona
inciderit, vel acceperit aliquem maium ubique
positum in spegimbergo soluere debeat pro banno
sol. lib. decem, et passo duplum sui damni.

ii Capitulum Si quis vocaverit vel
praecipi faciet aliquem coram Dmo

Item si quis vocaverit vel praecipi faciet
aliquem vel aliquam coram dominio propter
aliquam litem vel debitum quicunque perdide
rit litem soluat .v. sol. par. ~~Comuni~~ [illegible]restati Nisi fue
rit aliquis forensis super quo fieret questio,
quia illi de expensis satisfaciat ad bonorum
hominum aestimationem conquerens in iudicio.

Capitulum de furtis.

Item si quis furtum fecerit a xxxx. sol. par. infra restituat furtum in duplo illi, cui fecerit, et C. sol. par. soluat medietatem dominis, et residuum communi, et si soluere non poterit uerberetur apud stipitem, et si furtum fecerit ultra ualorem xxxx sol. par. persona ipsius sit in iudicio, et arbitrio dominorum, et iuratorum terræ et non bona ipsius et si raperet fugam teneatur soluere x. libras paruorum tantum, et restituere furtum in duplo, cui fecerit, et uocetur in banno dominorum et terræ et si fuerit de nocte, duplex bannum, et quod credatur sacramento domini domus et si rapuerit fugam bona sua obligentur in x. libr. par. et satisfaciant furtum in duplo et ipse sit in perpetuali banno dominorum et terræ.

13 Capitulum si quis fregerit hortum

Item Statuerunt quod si quis hortum alicuius fregerit, uel aliquod damnum intus fecerit soluat Marcham unam sol. par. medietatem dominis et residuum communi et x. sol. Dno horti. et si in horto damnum illatum fuerit domino horti ultra x sol. soluat ualorem. hoc remaneat in arbitrio bonorum hominum de satisfactione damni et credetur homini bonae famae, et quicunq accusauerit tenebitur in secreto et habebit medietatem dictae Marchae —.

14 Cap. Si quis Roncum clausum fregerit.

Item si quis Roncum alicuius clausum fregerit. uel aliquod damnum intus fecerit xxxx. sol. par. soluat medietatem dominis. et residuum communi. et x sol. par. domino Ronchi; et si in

Ronco damnum illatum fuerit ultra valorem x solidorum de satisfactione damni remaneat in arbitrio bonorum hominum et statuerunt. quod qualitercumque aliquis homo sive mulier intraverit in aliquo pomerio clauso alicuius de spegnibergo sive per foramen sive aliter. aut faciat damnum. aut non intus soluat xl. soldos paruorum.

.15. Capitulum de damnis factis in Ronco clausis

Item statuerunt quod si quis alicui damnum fecerit in ronco non clauso de fructibus, bladis vel rapis. satisfaciat illi cui damnum fecerit in arbitrio bonorum hominum. et xl. sol soluat pro banno.

.16 Cap. de panem falsum.

Item statuerunt quod siquis pistor uel alter faciens panem ad uendendum si fecerit panem falsum, ille panis, qui falsus inuentus fuerit sit dominorum, et communis, et soluat xxxxx soldos paruorum medietatem dominis, et ressiduum communi et quod panis sit bulatus cum bulla consueta et si non esset amittatur modo prædicto et superfluum panis falsi reperti in domo dictorum pistorum. uel facientis scindatur per medium. et remaneat facienti panem falsum, et hoc fiat per temptatores consuetos.

17. Cap. si quis uendiderit uinum ad buciam absque licentia.

Item si quis tabernarius uendiderit uinum ad bucciam absque uerbo dominor. uel iuratorum, illud uinum sit dominor. et communis, et xxxx sol. par. soluat medietatem dominis et ressiduũ communi si per aliquem bonum, et idoneũ hominẽ manifestetur.

A

Et quod omnes tabernarij statim postquam campana sonata erit in sero ut mox est in terra, teneantur claudere tabernas suas et non uendere uinum alicui in taberna quod si non clauserint et uinum uendiderint soluant xxxx sol. par. medietatem dominis, et ressiduum communi.

Et si aliquis esset in taberna quando campana pulsata erit teneatur exire extra et si nollet exire tabernarius teneatur licentiare extra tabernam et si exire nollet quicunq. esset soluat xxxx. sol. medietatem dominis. et —

ressiduum communi /

Et tabernarius teneatur ipsum manifestare, et cre datur solo dicto tabernarij, si tabernarius erit perso-na, quod ipsum possit fieri manifestum. / et de prædictis credatur uerbo tabernarij. aut alicuius hominis, qui ibi fuerit, bonæ famæ sacramento si tabernarius esset minoris ætatis, aut insuffi-ciens, aut femina.

.18. Cap. de mensuris

Item statuerunt, quod omnes teneantur men-surare cum mensura communis super mercatis et ibi soluantur duo par. pro stario, et men surent cum mensura communis

19. Cap. de Lusoribus.

Item statuerunt, quod nullus homo sit ausus tenere lusores ultra sonatam campanam in taberna, nec in domo sua et quicunque ipsos tenuerit, et super dictum ludum steterit, et dicti lusores quilibet eorum soluat xxxxx sol. pars pro banno medietatem dominis et medietatem communi. Et similiter si tabernarius esset minoris ætatis, uel mulier, credatur alicui bonæ famæ præsenti. Et si non manifestauerit tabernarius in crastinum dominis aut Potestati ultra prædicta dictus tabernarius soluat xxxxx. frix. Nolentes de taberna exire, et de hoc adhibeatur fides uni idoneo et bono uiro sacramento et de ludo credatur alicui personæ soli bonæ famæ, et teneatur in credentia accusans.

20. Cap. de becharijs uel casularijs.

Item statuerunt quod si quis becharius, uel casularius uendiderit carnes, uel caseum ad minutum si non sint eis positi dictæ carnes, et caseus, sint dominorum et communis, et XXXX. sol. condemnetur pro banno medietatem domini nis et residuum communi. et addatur quæ inuenta fuerit in macello, et tabula, seu scamno, et de hoc credatur unicuique bono uiro sacramento aut teptati per officiales terræ; Item si fraus fiet in carnibus ita quod capræ uendentur pro edo, uel pecus pro castrato aut hissimilia ita quod carnes unius animalis uenderentur p alio soluat becarius dictum bannum, et amittat dictas carnes et quod carnes putredas. aut infirmas non uendat sub pæna X. lib. parv. Et teneantur becarij unicuique emere uolenti secundum possibilitatem emere uolentis libram

et ultra iuxta possibilitatem beccarij, ita quod omnes sint in emendo æquales tam dives, quam pauperi sub dicta pæna xl. sol. et quod teneantur semper carnes facere ad sufficientiam sub dicta pæna xl. sol..

21. Cap. de mensuris, et stateris falsis.

Item si quis mensuraverit, vel ponderaverit cum mensuris, vel stateris falsis xxxx sol. par. pro banno condemnetur, medietatem dominis, et in ressiduo communi, et quod stateræ, quartæ, bucciæ, et his similia quolibet anno bullentur per iuratos terræ, et quod nullus audeat mensurare sine mensuris bulatis tam in emendo, quam vendendo sub dicto banno. et Xhibi- dominus omnes mensuræ non bullatæ, si eis in emendo tam vendendo uteretur aliqua perso- na sub dicta pæna scindantur in damnum

prædicta operantium Item quod tabernarius habeat cietos. cyffos et huiusmodi in taberna sua tenentes bucciam et si secus haberet dicta uasa rumpantur et pro quolibet soluat sol par. ii

22 Cap. quod si quis uerberauerit aliquem

Item statuerunt quod si quis uerberauerit aliquem, uel aliquam irato animo uel percusserit seu scapillauerit C sol par. soluat, medietatem domini et ressiduum communi et satisfaciat de iniuria passo in arbitrio bonorum hominum. Et si soluere non poterit uerberetur ad [illegible], et si ille qui uerberatus uel scapilliatus fuerit reclamauerit, et sic esse probare non poterit soluat v. sol par. tantum, et non plus. —

23. Nullus audeat lauare coros.

IN christi nomine Amen anno natiuitatis eiusdem millesimo quadringentesimo nono, ind^e secunda die penultimo mensis may. Spegimbergi in locis usitatis secundum morem, et consuetudinē Spegimbergi. Dominicus nuntius ac preco curia Spegimbergi de mandato nobilis uiri domini Ulrici de Spegimbergo et ser Alberti rappresentantis personam nobilis et egregij militis domini Vincislai de Spegimbergo Rectorum Spegimbergi alta uoce preconia publice retulit proclamasse, q nullus homo neque persona audeat uel præsumat lauare, neque lauare facere coros neq pelles cuiuscunque conditionis sint in roia neq gurgis Spegimbergi, nisi solummodo in aqua Calcanariarorum sub pena unius marchæ sol pro quolibet contrafaciente. Ego

Ego Bartholomeus quon. s Varienti de Sacilo habitans Spegimbergi imperiali auctoritate notarius de m.to supradictos Rectos scripsi.

23. Cap. quod si quis acceperit arma in pignore q. sit posita

Item statuerunt quod si quis acceperit arma alicuius in pignore, quae arma sit ei posita per Dominium, arma illa restituat in dono illi, cuius erunt, et xxxx sol. par. pro banno solvat medietatem dominis, et medietatem communi.

24 Cap. si quis acceperit pignus alicuius Manipasti.

Item si quis acceperit pignus alicuius manipasti in pignore ipsum pignus reddat in dono

Dni Manipasti et xxxx. sol. par. pro banno
Soluat medietatem dominis et medietatem
communi, et si aliquis pro manipasto pignorave-
rit incidit in totum damnum tam banni, quam
restitutionis pignoris si sciverit ipsum esse
manipastum.

25 Cap. si quis fregerit de monitione terræ

Item statuerunt quod si quis fregerit de moni-
tione terræ aut concamento ipsius xxxx
sol. par. soluat pro banno medietatem dominis
et medietatem communi.
Et teneatur expensis proprijs facere aptari quod
acceperit, uel devastaverit.

26. Cap. si quis exiuerit de terra latenter.

Item statuerunt quod si quis homo uel mulier terram exiuerit in die uel in nocte latenter alio quam per portam xxv. libras par. sol- uat pro banno, medietatem dominis, et ressidu- um communi et si soluere non poterit. pes ut manus incidatur contrafacienti ad uolunta- tem dominorum.

De Appellationibus

IN christi nomine Amen anno natiuitatis eiusdem millesimo quadringentesimo octauo, indictione prima: die uigesimo septimo mensis iunii: Spegimbergi sub lobia, ubi ius redditur praesentibus magistro Jacobo a ... & Georgio notario & Antonio q. & Minutini Francisco quon. & Ioannis de Brognoleschis, & Blasio q. & Pauli

s. Anzelmo hospite del caualetto s. Bortholussio dcõ truya magistro Andrea dicto stuch. Daniele dicto Bodiz omnibus de Spegimbergo et s. Jacobo Potestate. Paulo de Plasentijs et Petro q. s. Ziletti iuratis de Spegimbergo omnibus congregatis, ut moris est, Spegimbergi una cum nobili, et egregio milite dño Odorico quon. Nobilis et bonæ memoriæ dñi Pregonee de Spegimbergo, Idem Dñus Odoricus tanquam Rector, et uerus gubernator Spegimbergi per se et consortes suos de Spegimbergo cum consilio et uoluntate suprascriptorum ciuium, et habitatorum Spegimbergi et aliorum plurimorum bonorum uirorum, uolens unicuique iustitiam administrare. ac errores et scandala euitare Constituit et ordinauit quod quandocunque Lis, questio. uel differentia aliqua uentilaret modo aliquo coram domino Potestate seu Iudicio Spegimbergi et aliquis tam terrigena quam forensis se appellaret ab aliquo grauamine uel sententia lata per Potestatem Spegimbergi

aut per iuratos suos, quod appellans teneatur, et debeat scribi facere appellationem per notarium Curiæ Spegimbergi et ipsam appellationem in scriptis coram dominis Spegimbergi producere et si scribi non faceret, quod non audiatur, et appellatio illius sit cassa, sed nihilominus sententia lata per Potestatem, et iuratos executioni mandetur tanquam vera, et iusta. :

signum notarij) Ego Bartholomeus q. S. Varienti de Saculo habitas Spegimbergi publicus imperiali auctoritate notarius his omnibus, et singulis interfui, et de mandato ipsius Domini odorici scripsi. - -

27 Cap. Si quis frandauerit Vaytam

Item statuerunt quod si quis defrandauerit Vaytam, Schiriunaytam, uel plouinum ij. sol. par. soluat communi. /

Item statutum et ordinatum fuit per Dominum Virum Vualtpertoldum de Spegimbergo cum consilio habitatorum, et seruitorum suorum quod unicuiq;

hipothecario uendenti in Spegimbergo res suæ Statio-
nis in Spegimbergo de marcha una frx. fides debet
plenissima adhiberi, hoc addito si in quaterno suæ
Stationis scriptum ordinate reperiretur iurando per
eius sacramentum dictam marcham pro rebus Stationis
uenditis habere debere

Contra contradicentes calumniose caput.

Item Statutum et ordinatum fuit per nobiles Dnos
Gregorium, et Thomasium consanguineos de Spegimber-
go tunc habentes Regimen terræ eorum Spegimbergi cum
consilio, et deliberatione habitatorum et seruitorum suorum
quod quæcunque persona tam maris, quam femina
quæ contradicere uellet alicui in cantui alicuius pigno-
ris, contradicere debeat cum iure, et si contradixe-
rit, et obtinuerit contradictionem, gaudeat iure suo,
et si non obtinuerit contradictionem, et in dicta causa
succubuerit, talis persona, quæ contradixerit, et suc-
cumbens in causa cum illo, qui pignus facit uendere.
soluat

soluat pro banno soldos quadraginta pro qualibet uice, qua contradixerit, et succubuerit in causa —

28 Cap. siquis blasphemauerit Dnum, et sanctum

Item statuerunt quod siquis Deum, et matrem eius beatissimam uirginem mariam et alios sanctos ipsorum blasphemauerit xxxx sol. par. soluat et si soluere non poterit, demergatur ter in gurgo aquae, et dictos xl. sol. dimidietatem dominis, et ressiduum Comuni. si soluere poterit, uel aliquis pro eo soluat non demergatur, et denarij omnes sint ecclesiae sanctae Mariae et nihil parcatur. —

29 Cap. de reuelatione pignoris preconi.

Item statuerunt quod siquis pignus preconi reuelauerit xl. sol. par. pro banno soluat. —

In Christi nomine Amen Anno nativitatis eiusdem
millesimo quadringentesimo. undecimo. Indictione quarta
die tertiodecimo mensis februarij. Spegimbergi sub lobia
portenonae, ubi ius redditur. Sedente sp: milite Domino
Odorico annuo Rectore nomine suo. et suorum consortum
ad dictum bancum iuris pro appellationibus discutien-
dis, ubi etiam aderant probi viri & Petrus Anziletti
Potestas. Restaurus staconarius Pelegrinus et Jacobus
gumba iurati dictae terrae Spegimbergi. nec non & Bla-
sius, e: s Pauli castaldi & Georgius notarius, & Ant.
mioten. Magister Leonardus dictus lasson & Andreas
de Meduno Magister Henricus dictus Creator & Paulus
de Placentijs magister Odoricus busita Jacobus deian
Nicolaus magistri Jacobi a serii omnes de spilimbergo,
et ad consulendum in dictis appellationibus discutien-
do deputati. dictum fuit quod cum in praesenti volumi-
ne statutorum contineatur quaedam ordinatio addita
per praelibatum Dominum Rectorem annis sub anno do-
mini millesimo quadringentesimo octavo existente
ipso annuo Rectore de modo observando per illos, qui

se appellant a sententys contra ipsos satis non faciendo mentionem de illis qui se ponunt in protectionē Dominorum, bonum esse dare ordinem illis qui se ponūt in protectione. Unde captum fuit consultum deliberatum per dictum dominum Rectorem et maiorem partem dictorum Consiliariorum, quod unusquisque se ponens in protectionem obseruare debeat modum, quē obseruare debent illi, qui se appellant sub eadem pena, et iactura contenta in dicta ordinatione de appellantibus et mentionem faciunt.

30 Cap. quod omnes homines currere debent ad rumorem

Item statuerunt quod omnes homines currere debent ad rumorem ignis si exiret in die, uel in nocte, et quicunque non accurrerit et res suas
A fugauerit x lib. par. pro banno soluat medietatem dominis, et residuum communi et res quas in tempore ignis fugasset sint illorum, qui eas sibi

acceperit, et addatur nisi ignis esset in propinquis domibus et addatur quod res fugatæ sint dominorum et communis, scilicet medietas dominorum et alia communis. ~

31 Cap. Si quis opprobrium, uel iniuriam fecerit officialibus dominorum tenen rationem

Item si quis officialibus dominorum tenendo rationem eis dixerit uel opprobrium fecerit, aut iniuriam x. libr par soluat medietatem dominis et ressiduum communi et si soluere non poterit, ponatur in turrim ad uoluntatem dominorum. —

32. Cap. quod Potestas et Iurati debent exigere omnia banna. ~

Item ordinauerunt, quod Potestas et iurati teneantur exigere omnia banna infra xv. dies postquam fuerint iudicata per finitiuam sententiam.

Millesimo quadringentesimo decimo Indictione tertia die uigesimo quarto mensis ianuarij. De mandato magnificorum Dominorum Spilimbergi publice, alta, ac preconia uoce in plathea, et Locis solitis Spilimbergi per Philippum preconem et nuntium dictæ terræ proclamatum fuit, quod quahbet persona cuiuscunque conditionis existat uendens candelas de sepo. teneatur amodo ipsas uendere ad libram staterœ, et si quis contrafecerit cadat ad pœnam perdendi dictas candelas, et soldos quadraginta pro qualibet libra dictarum candelarum sic contra hunc ordinem uenditarum.

33. Cap. de uenditione pignorum

Item si quis uendiderit uel uendi faciet pignora alicuius sui debitoris per preconem, et ipsum pignus incantauerit uel per se, uel per aliquam personam incantare fecerit, uel partem de uenditione ipsius

pignoris habuerit, ille qui ipsum pignus incantaue-
rit et qui incantare fecerit, aut partem in ipso habe-
bit quilibet eorum xl. sol. par. pro banno soluat, me-
dietatem dominis, et ressiduum communi; et resti-
tuatur pignus in dono debitori infra tres dies
postquam inuentum erit.

34 Cap de Vayta et schiriuayta.

Item statuerunt quod omnes qui per noctem facere
debent vaytam, aut schiriuaytam, quod pulsa-
ta campana, ut mos est debent se praesentare
iuratis terrae et iurati debent uidere ipsos si sint
sufficientes in dicto opere, et quod per eos possit
fieri testimonium et quod si factum fuerit
aliquod malum in terra latenter de nocte et
Schiriuayta, uel vayta testimoniauerit illud
malum, credatur plene ad dictum Vaytae et
Schiriuaytae, et si schiriuaita non esset suffi-

ciens tam ætatis, uel personæ, Iurati teneantur emendare illud malum, quod factum esset, et soluere bannum ut supra.

35. Cap. Siquis acceperit galerium alicuius de Capite.

Item siquis acceperit galerium, capucium, aut his simile de capite alicuius, et ille, cuius erit galerium reclamauerit Potestati ec ille qui ipsum acceperit soluat xxxx sol. par. medietate in dominus et ressiduum communi. et restituat in duplo quod acceperit uel in simili, uel in pecunia.

Millesimo quadringentesimo undecimo, indict. quarta die uigesimo tertio februarij. Captum in Consilio magnificorum dnor. de Spegimbergo et Concinium dicti Loci.

Si quis acceperit ligna alicui

Item statuerunt et ordinaverunt, quod nulla persona maris vel femina cuiuscunque conditionis existat nemine exceptato a modo audeat vel praesumat accipere vel accipi facere de die nec de nocte alicui ligna vel lignamina cuiuscunque ab igne, vel a laborerio suo poena librarum octo soldorum si dicta ligna fuerint in loco clauso vel serato et reficere damnum illi, cui dicta ligna sic fuerint ablata. Si vero dicta ligna fuerint sub porticu in loco non clauso cadat ad poenam delinquens in libris quatuor soldorum, et reficere damnum illi, cui dicta ligna fuerint accepta.

36 Cap. de inquisitione mescla.

Item statuerunt, quod si Potestas vellet inquirere per manifestum de aliqua mescla vel aliquo maleficio, seu malo non possit nisi per duos testes et addat per unum bonum teste, quod satis expedit, quia si per duos testes, iam res esset probata.

Millesimo, quadringentesimo undecimo, Indictione 4ta.
die 26. mensis martij Regente sp.li milite Domino Odori-
co, et existente in consilio Spegimbergi conuocato, et co-
gregato in ecclesia sanctæ Ceciliæ, ut moris est, Consul-
tum fuit, propter quod de mandato eiusdem Domini
Rectoris hoc est additum pro statuto firmatum amodo
obseruandum, quod si quis præcipi fecerit uni tribus
uicibus per preconem Spegimbergi, ut moris est, et
citatus fuerit contumax, quod eo tunc defferatur
sacramentum Actori de eo, quod petit, et si quanti-
tas petita non excesserit summam librarum octo so. dena.
quod eo tunc iurante actore esse uerum ut petit de-
tur nuntius iuris contra citatum libere nulla dicto
citato defensione debiti reseruata. Si autem quanti-
tas petita excesserit summam librarum octo tunc tenea-
tur facere creditor fidem de suo credito per instrumé-
tum publicum, uel testes idoneos

37. Cap. Si quis perdiderit digitum uel &c.

Item statuerunt quod si quis per uulnerationem alicuius perdiderit digitum pedis, uel manus, seu aurē uel nasum uulnerans, seu reus dicti criminis soluat XXV libr. par. medietatem dominis, medietatemque communi, et lib. XXV. illi qui passus fuerit iniuria, et addatur si partem predictorum inciserit medietate banni soluat. et passo libras XXV et si soluere non posset in simili membro partem amittat sicut alteri amputauit. ——

Millesimo quatrigentesimo duodecimo; Indictione quinta die XXVI. mensis aprilis. Regentibus spectabilibus dominis nostris Dominis Vinuislao milite et & Vlmino et existentibus in consilio conuocato ad sonum campanæ ut moris est et congregato in ecclesia s.tæ Ceciliæ dictis & Vlmino et & Alberto nato dicti domini Vinuislai nec non plus quam duæ partes hominum dicti consilij consuetum fuit. propter quod de eorum Rectorum

mandato est additum hoc et pro statuto firmatum amodo observandum, quod Potestas, qui est et per tempora erit ex officio suo teneatur reddere iustitiam, tenere et delinquentes secundum formam statutorum condemnare de qualibet mescla, maleficio, et malo perpetrato in terra Spegimbergi, de quibus, seu de quo secuta fuerint alta non obstante, quod de ipsis facti mescla, maleficio, vel malo non fieret vel alta esset reclamatio

38 Cap si quis perdiderit integrũ membrũ

Item statuerunt quod si quis vulneraverit aliquam personam, ita quod perdiderit membrum integrum reus dicti criminis solvat xxv lib parvor, medietatem dominis, et medietatem commun, et passo iniuriam libras parvos centum quod si dictus reus, seu commissor dicti criminis solvere non posset perdat in persona sua simile membrum quod alteri seu pacienti amputavit

39 Cap. Postquam sententia lata fuerit

Item statuerunt, et ordinauerunt quod postquam sententia lata fuerit Potestas si perpenderit in ea, uel in accusa aliquod teneatur prosequi per inquisitionem rei et actoris, et qui dolose inuentus fuerit agere, soluat communi xl sol et Nihilominus reus soluat bannum.

40

Item statuerunt, quod quandocunque rixa, et questio esset inter aliquos de spenimbergo, ita quod ipsi uiderentur esse ad uolendum offendere se cum armis, omnes uidentes teneantur defendere, et impedire toto posse eorum, ut rixantes non offendant se, et quicunque erit ibi praesens bona fide non de-fendat, et non impediet, quod ipsi ri
se non offendant cum armis, et quod

